Oprawę wymieniono w r. 1935,
dnia 1 maja [illegible] i [illegible] Kuklin
odrzucono.

I

Gen: 3.

Bo prawił przez oczy mi[illegible] [illegible]gnum pulchrum oculis, & suaue ad vescendum. A to przeto/ áby ia był pięknośćią y wdźięcznośćią iábłká onego tym prędzey do obżárstwá przywiodł. Czemuż tedy y tu kámieniámi tylko/twárdą bárzo potráwą kuśi czárt Chrystusá Páná/ námawiáiąc go do obżárstwá? Nie inśza mowie tego záprawdę przyczyná tylko tá/ ktora vpátrzył Chryzologus świety: Tá mowie przyczyná/ iż nie miał czárt przeklety/coby był inśzego miękśzego y smácznieyśzego podał Chrystusowi Pánu: ták bárzo iest vbogi czárt/ że y naymnieyśzey rzeczy ná świećie swoiey własney nie ma/ y dla tego Chrystusowi Pánu tylko to pokázuie/ co bez tego miał Chrystus/ to iest/ twárde kámienie. Dic vt lapides isti panes fiant. *Rzecz práwi áby śie te kámienie chle-*

swoie żyiąc rozpuśtnie. Pátrzcie/ czyli substántya strawił przy grzechách/ czy swoie/ czy od czártá sobie dána? swoie własną strawił/ á nie od czártá sobie dána/ nic mu nie dał czárt/ Consumpsit substantiā suam, o swoiey stráwie grześył. Ale mu przynamniey kiedy swoie strawił/ vżyczył czego czárt? założył go/ dał mu co do przyśłych grzechow/ ábo zá prześłe grzechy? O záprawdę nic. Nemo illi dabat. *Nikt mu nic nie dał:* muśiał głod srogi ćierpieć. To widźićie/ iáko iest czárt krośe niepożytecznym. Dobrze ten iego obyczay wyráźił Job ś. kiedy mowi. Prædam pollicetur socijs. *Obiecuie obłow towárzystwu swoiemu.* Grzegorz ś. 13. *Moral: cap: 16.* po strzegł tego/ iż tu Job ś. czártá przyrownywa do owego/ ktory myśliwcow pobudza do polá. Przyidźie kto do my

Nr. Inw. 33777

De Computo Ecclesiastico Præfatio

Tractatus iste, quem Durandus fit in suo Rationali Divinorum officiorum, Cunctis quidem Utilis, Ecclesiasticis tamen maxime necessarius est, ita, ut S. Aug: 3 ch Dist: non dubitarit asserere, vix eis nomen Sacerdotis constare si eo Computi ratio lateat; Nominatim vero huic studere incumbit Sacrorum Ordinum Candidatis, qui (ut habet in multis Concilijs.) non et admittendi, nisi Quio examine Compertum sit, eos optime callere Computum

TRACTATUS UNICUS
DE
COMPUTO

Computus a verbo computo derivatur, quia in ipso Computando procedimus, secundum vero rem est Scientia certificans tempus stm Solis et Lunæ progressum, Et sic Sumptu duplex est, nempe Astronomicus seu Philosophicus quem transimus. Et Ecclesiasticus de quo hic agemus, qui ut sic definitur, Scientia temporis discretiva secundum Ecclesiæ usum. Quæ definitio ut bene intelligat tria scienda sunt. 1mo Quid est Tempus 2do Quænam sit factio hujus Temporis, discretio seu ordinatio 3tio Modus cognoscendi facile hanc ordinationem. Ideo tres instituimus Disputationes, 1ma erit de Tempore et ejus partibus, ubi de Anno, Mense, Septimana die. 2da de ordinatione et discretione hujus temporis secundum Ecclesiæ usum, ubi de Calendario veteri et novo, de Aureo numero, Epactis, Cyclo, Solari, inductione. Tertia erit de Methodo facili cognoscendi

hanc

hanc ordinationem, scilicet de modo cognoscendi, Aureum numerum, Epactam, Lunam et diem Paschatis, et consequenter omnia Festa mobilia, ubi etiam de modo cognoscendi Cyclum Solarem, Literam Dominicalem, Literam Martyrology et Inductiones.

DISPUTATIO Ima
DE TEMPORE.

Tempus juxta Arist. 4 Phys Cap. 1. Numerus motus secundum prius et posterius, clarius definit. Est duratio motus supple Celestis, quatenus ejusmodi ut Mensura Coelorum motuum Dim. 1.
Partes temporis sunt decem, scilicet, Annus, Mensis, Septimana, Dies, quadrans, hora, punctum, momentum, unica et atomus

S. Imus.

DE ANNO

Annus est cursus Solis ab uno puncto Coli ad illud idem per duodecim Signa Zodiaci. Ideo Egipty Annum repraesentabant per Draconem caudam sua mordentem, qo sic in se recurrit, et caudam ubi caput habet. Unde aliqui putant Annum dici, ab anulo, quod in se recurrentibus Mensibus, redeat per sua vestigia, Aly tamen Ethymologia desumunt ab avarium graeca dictione, quod scat renovo, quia semper renovatur. Aly vero ab am quod veteres circum dixerunt et nare fluere, fluunt enim anni sicut dies et Menses, cum Annus conficiatur Mensibus in se fluentibus.

Annus sm diversos diversa habet initia. Nam Arabes et Egipty exordium eius sumunt a Septembri eo qd legant, Arbores initio Mundi fructum habuisse, quod colligit in Autumno.

Romani incipiebant a Januario eo tunc Sol redeat ad nos et omnia cum Sole videntur renovari

Judei a Martio, in quo conditus est Mundus et postea eodem Mense reparatus, tum per Incarnationem Verbi qua contigit 25 hujus, tum per Mortem et Passionem Xti qua in eodem Mense accidit. Incipiebant Annum Sacrum seu Civile, qui Annus institutus est a Deo per Moysen tempore egressus Habreorum ex Egipto, habet autem initium circa aequinoctium vernum, de illo sic praecepit Deus Exodi 12. Mensis iste vobis principium Mensium primus erit in Mensibus Anni.

Annus autem naturalis & vulgaris, incipiebat circa Æquinoctium autumnale (quod 23 Obris contingit) de quo Anno sic loquitur Deus Exod. 33 Custodies Solemnitates in exitu Anni, quando congregaveris omnes fruges tuas de agro et capite 34 Solemnitates Hebdomadarum facies tibi in principio frugum Messis tuæ tritici et Solemnitate quando adveniente Anni tempore cuncta condunturæ

Ecclesia Catholica incipit Annum in Choro seu Divinis officijs ab Adventu Domini Salvatoris nostri. In foro autem et publicis negotijs cum Romanis ab initio Januarij, qui circa Solsticium hyemale incipit, cum enim sub Imperio Romano nata sit et educata Ecclesia Dei, aliud principium capere non potuit, neq postea cum ad Christianos Imperium devolutum est facile commutari. Itaq in hodiernum usq diem Anni initium retinet, qd olim Romani dedere, neq ullæ causa est urgens, cur ab ea consuetudine recedat. Ista autem omnia, quæ hactenus dicta sunt intelligenda sunt de Anno Solari: Anno autem

Lunari.

Lunari.

Porro circa sciendum est Annum quadruplicem, scilicet Annus Solaris, Lunaris, Magnus, et emergens, de quibus singulis pauca dicenda sunt.

Annus Solaris supra jam definitus est, constatq punctis illis quatuor quæ dicunt Cardinalia nempe Æquinoctia Verno Solsticio Æstivo, Æquinoctio Autumnali & Solsticio hyemali, à quibus Ver, Æstas, Autumnus, et Hyems inhoantur, et duplex est; Astronomicus seu Tropicus et Civilis seu usualis; Astronomicus Annus est spatium temporis, quo Sol propio motu totum Zodiacum percurrit ab Ortu ad Occasum, initium sumens ab aliquo certo puncto a primo puncto Arietis dicet, ad idem punctum redeat. Annus Civilis seu usualis, est ille qui secundum usum nostrum a Januario sumit initium, et est duplex Communis et Bisextus, Communis constat 365 diebus. Bisextus autem qui et Embolismalis græce, latine verò intercalaris dicitur, constat diebus 366. Progreditur autem dies Civilis tantum

per

per dies integros, neglectis minutijs dierum et horarum (quae pertinet ad annum astronomicum) eo quod instituatur ad captum vulgi, quod minutias percipere non possit quae etiam in Calendario disponi non possent, cum certa sedem non habeant, ut tamen cum anno astronomico quo ad fieri potest, congruat, loco horarum et minutorum quarto quoque anno intercalatur seu interponitur dies unus, inter 24 et 25 February, ceterum quia dies iste adjectus aliquanto plus continet, quam fragmenta praecedentibus annis neglecta, ideo nunquam in posterum omittitur annus ille Bisextilis, scilicet quinquagentesimo quoque anno, ne aliequin aequinoctia et solstitia versus principia mensium paulatim progrediantur quemadmodum ante ultimam Calendary emendationem factum.

Annus Lunaris est illud spatium temporis quo Sol et Luna duodecies conjunguntur, et est duplex Civilis seu Politicus et Astronomicus. Civilis constat ex diebus integris, et est duplex Communis et Embolismicus. Communis continet modo 354 dies atque plerumque modo, raro vero 355 quorum ille plenus, hic cavus sive deficiens dicitur atque utrique 12 Lunationes continent. Embolismicus autem continet plerumque 384 interdum vero sed rarius 383. et prior quidem plenus, posterior vero cavus eodem modo dicitur atque utrique 13 Lunationes continet.

Annus Lunaris Astronomicus qui est medius aequivalens dicitur praeter dies integros etiam fragmenta quaedam continet, et annus communis continet 12 Lunationum dies 354. horas 8. min. 48. sec. 36. Embolismicus autem 13 Lunationum dies 383 horas 12 min 32 sec 41 tert. 23 qui annus excedit communem Lunarem 30 diebus, annum vero Lunarem diebus 19 et cognominatur ab Embolismo, quae dictio deducitur ex graeco Emboliismos quod latine interpretatur super augmentum seu crescentia et accipitur pro Lunatione 30 dierum anno inserta, nulli tamen certo mensi tribuitur propterea, quia ex residuo aliorum mensium constat. Sunt enim in Cyclo duodecimnovennali spatio 19 annorum 235. Lunationes, cum tamen sint solum 228 menses,

solar

Solares. Quare si singulis Mensibus Singulae Lunationes attribuant, Supererunt Septem irregulares, qui Embolismi dicunt. Qui verò Anni ex 19 Embolismales sunt, sequentes Versus ostendunt.

Tertius et Sextus Octavus et Undecimalis
Et quartus decimus, decasepting et Duegno.

Primus Embolismus dicit, qui incipit 2 die Decembris et terminat ultimo eiusdem, Secundus 2da die Septembris, et terminat 30 Octobris, Tertius incipit 3. Martij et terminat 4ta Aprilis. Quartus incipit 2 Januarij et terminat 1ma February. Quintus incipit 2da Novembris et terminat 1ma Decembris, Sextus incipit 2da Augusti et terminat ultima eiusdem. Septimus incipit 5. Martij et terminat 3d Aprilis.

Notandum autem Quadruplicem errorem in Calendario posse contingere propter Embolismos, Scilicet, errorem vicissitudinis, Terminationis, Variationis et Epactarum.

Error vicissitudinis est, cum plures Lunationes 30 dierum 29 consequuntur. Error terminationis est, quando Lunationes terminantur extra suos Menses, qui contingere potest in 3tio et 7 Embolismo. Error variationis est, quando Mensis

positus

positus in pari loco, imparem etiam habet Lunationem et e contra, quod continget in omnibus irregularibus. Error Epactarum est, quando Epacta et regularis errat, quod fieri potest tertio Anno in principio Maij et Iuny item in 4to in principio Martij cum sit bisextus. Item in Septimo; Nam in principio Maij et Augusti tam Epacta quam irregularis decipiunt, Praedicti Anni Embolismales in Ordine Cycli his numeris Significantur, 3, 6, 8, 11, 14, 17, 19 Significant et sequ. versu Christus factus Homo levat omnia redata throno. Hoc sunt in Versu dictiones, quod Embolismi, et a quota litera alphabeti quilibet dictio incipit eo etiam Anno Embolismus illi respondens continget.

Sequens Versus Significat quo Mense et die Embolismi contingant, sic autem habet,

Mobilis ibo cofis ace liber habeto codrum

Ex quibus dictionibus 1ma respondet 1mo Embolismo, Secunda Secundo et a quota Alphabeti litera quilibet dubis incipit, in tali etiam Mense a Januario computando continget. Quantum vero locum prima litera Secundae Syllabae habet in ordine Alphabeti, in tali etiam die illius Mensis incipit Embolismus. Unde quia in hac dictione

ne

ne Mobilis primo Embolismo respondente litera M est sexta in ordine Alphabeti, ostendit tunc Embolismum duodecimo Mense hoc est in Decembri contingere, et quia B. prima litera secunda ipsius illius dictionis est secunda, colligit tunc Embolismus secundo Decembris incipere. Illud etiam notandum Judeos nullam Annus praeter Lunarem agnovisse, ergo Embolismus non in medio Anni et Mensium intercalasse, ut nos ad imitationem Romanorum fecimus, sed in fine Anni ceteris 12 Lunationibus elapsis decimam tertiam adjunxisse.

Annus Magnus ita dicit a motu augium et dividitur in Communem et Specialem, Communis est spatium revolutionis augium Solis, completurque Annis 49000 et ut aliqui volunt 38000, atque hic Annus etiam platonicus appellari solet, et eo finito, omnes Stellas eandem inter se positionem habituras dicunt, quas ab initio Mundi habuerunt, cum primum a Deo creatae sunt.

Annus Magnus Specialis est spatium temporis, quo quilibet alius planetarum perfectum suum cursum quoad auges et deferentes supplet et quoad reliqua omnia donec

donec ad eandem omnino positionem et constitutionem perveniat, atque hic Annus distinctionis gratia et Planeta cui accomodat cognominari potest, ut scilicet dicat Annus magnus Saturni et Jovis et sic de reliquis.

Porro sicut Annus magnus Planetis applicatur, ita etiam communis accomodari possit, qui nil est aliud quam spatium quoquisque aliorum Planetarum totum Zodiacum peragat, quantum autem quisque eorum spatium temporis requirat, ex sequenti Schemate patebit.

♄ Saturnus conficit suum cursum Annis 30 singulis diebus peragrans in Zodiaco minuta quasi duo et tert: 35.

♃ Jupiter Annis ferè duodecim singulis diebus conficiens 4 min: 32 secund: et 15 tert.

☉ Mars absolvit suum cursum Annis ferè duobus omni die percurrens in Zodiaco min: 31 secund: 26 tert: 38.

♀ Venus eodem ferè temporis spatio conficit suum cursum quo Sol, singulis enim diebus pergredit min: 59 sec: 8. tert: 19.

☿ Mercurius eodem ferè tempore cum Venere suum perficit cursum: de Sole et Luna dictum est satis supra.

Annus emergens dicit ille in quo

alia

aliquid notabile contingit, et emergit à quo proinde religiosi deinceps Anni computant. Hic Annus multiplex est, at nullo certo numero definitur, sed pro multitudine cursuum, insigniter notabilium multiplicat. Sic Graeci computarunt tempus a Olympiade. Romani à Condita Urbe. Christiani a prima Dominica Incarnationis Dñi. Summi Pontifices ac Reges ab initio sui Regimis. et Monachi monastis olivetis ab initio suae Congregationis id fuit Anno 1300 aliq aliter ac

Aera idem est quod Annus emergens. Est enim secundum alphonsum Regem, temporis, dignitatis, honoris, et memoriae gratia inchoatis ab aliquo Anno; sive ppriu dignum memoratu, usq in aliud consideraonis, sive ppositu tempus, cmoda comemoratio. Vt Aera Nabuchodonosor est tempus supputandi Annos ab eius Imperio, sicut dum Aera Dñi hic dicit ea series Annorum quae communiter utuntur Christiani Occidentales. Aera Hyspanica. deinde Aera SS Martyrum vulgo Diocletiani dicta quod aperit Annum Dñi 284. Itaq nihil differt Aera ab Anno emergente, nisi usu, emergens cum Annus à nubgo usurpatur Aera autem a solis Astronomis,

ut prin

ut proinde breviter et clare legendo Aera definiri possit. Initium notabile à quo suas incipiunt Supputaones Astronomi. 9.

Olympias est spatium 4 Annorum, quod a Ludis quae Iovi Olympico quintoquoq anno, quatuor intercetis celebrabant, originem duxit, Cum enim fama horum Ludorum Universum Orbem praesertim Graeciam pervasserit, et onibus ubiq notissimi esset, placuit tandem etiam tempus eorum notatione describere. Non tn idem fuit Olympiadum (quod etiam Tetraeteridem vocant) initium, quod Ludorum Olympicorum, nam Ludi multo ante bellum Trojanum celebrabant, Cum tn Olympiades, non nisi 408 Annis post eversionem Troja inceperit, Annis 28 ante Urbem conditam, Octavo autem Anno Regni Achaz Regis Juda 774 et ut aliq volunt probabilius 780 ante Dñi natum, fuit autem Urbs condita Anno primo Olympiadis Septimae, et Xtus natus Anno Tertio Olympiadis 194 Annis 752 ab Urbe condita, inceperunt autem Olympiadum Anni a solsticio Aestivo et ut aliq melius volunt, ab aequinoctio Autumnali, quo tempore etiam Annus ipse apud eos initium habuit. Hoc apud omnes constat, semper Olympiadem pleni-

lun

lunis et decimoquinto Mensis celebratur hosa
vero aliquos Olympiadum Annos expansos
appellari, Annos Sphiti. Qui verò scire desiderat quotusnam Olympiadis Annus agatur,
addat Annis Christi 774 qui Christum natum
præceperunt ac totus dividat per 4 et quotiens significabit numerum Olympiadum, residuum autem Annum incompletum Olympiadis
currentis.

Lustrum est quinque Annorum spatium; deducit am ejus Ethymologia a certo sacrificij
genere, quod lustrum vocabat, quo Urbis
lustrandæ gratiâ quinto quoq; Anno apud
Romanos in campo Martis, Sus, Ovis, et taurus immolabat; Varrone autem teste aluendo seu a Solvendo, eo quod quinto quoq;
Anno Vectigalia per Censores locata solverentur, et a civibus tributa afferentur. Quia vero census ipse seu Lustrum, quinto quoq;
Annis fiebat (quo temporis spatio etiam
Censorum Magistratus durabat) invaluit
Consuetudo ut lustri appellatione, quinque
Annorum spatio intelligat, atq; pro tanto
tempore nunc solum usurpat, sive sacrificij genus certum, sive Censum, sive quod aliud significaverit. In hac significatione
usurpat etiam ab Ecclesia in quodam Hy

mno

hymno de Sti Papione, ubi dicit Lustris sex
qui jam peractis tempus implens Corporis.
Ast Imperante Constantino magno Statutum
est, ut Sublatis Olympiadibus et Lustris 10
Subrogaretur indictio.

Indictio autem est spatium Annorum 15, quo
Provinciæ Romani Imperij debebant tributa
pendere, illaq; Annorum forma duxit initium
à primordijs Christianæ Libertatis, ab eo nimirum tempore quo Constantinus victo Maxentio potestatem omnibus fecit Christianæ Religionis palam profitendæ. Estq; hujus
Idem Indictionis usum etiam servant Romani Pontifices. Hinc liquet quod sit Annus
Indictionis, Annus Lustralis ac ut supra

Annus Sabbathicus Apud Judæos vocabat ultimus Annus de septem, in quo debebat
terra cessare ab omni cultu.

Annus Jubilæus & aliter Annus Gratiæ
erat quilibet quinquagesimus, quo non solum terra à cultu cessare jubebat, sed præterea es
alienum remitti, et Servi in libertatem restitui
debebant, Sic Levit 25.4. Mandavit Deus de
primo. Septimo autem Anno Sabbathi erit
terræ requietionis Dni, agrum non seres,
et vineam non putabis, de Secundo ibid. v. 10
Sanctificabisq; Annum quinquagesimum et voca-

bis

bis remissionem cunctis habitatoribus terræ tuæ,
Ipse et enim Jubilæus ac-
Annus benignitatis et gratiæ in quo Ipse
venit et sola nos benignitate redemit
Annus æternitatis et Gloriæ in quo exulta-
bunt Sancti in gloria sine fine, Amen.
Primi Romani auctore Romulo utebant Anno 10
tantum Mensium incipientes eum a Martio, qm
Marti Deo belli, Romuli Patri putativo dedi-
carunt, sed qua Numa Pompilius animadver-
tebat Annum totum illis 10 Mensibus non
compleri, duos alios illis adjunxit Januarium
scil: et Februarium, quos Martio præposuit. Hoc
Anno Antiqui postea etiam cæteri Romani usi
sunt longo tempore, sed qua neq is cursui
Solis exacte correspondebant, propterea Cajus
Cæsar consilio Marci Flacci Scribæ et Sosigenis
Philosophi usus, quarto quoq anno diem unum
intercalandum statuit. Verum qua progressu
temporis, neq ipse exacte cursui Soli re-
spondere visus est, propterea sæpius postea
a Christianis emendatum est calendarium,
donec tandem jussu Gregorij XIII Pont. Max.
eo modo reformatum est, operâ Luy. Clavij, et
aliorum præstantissimorum Mathematicorum,
ut in posterum æquinoctia a suis sedibus
dimoveri non possunt, neq in celebrandis
festis mobilibus errorem parere ut modo

citius

citius modo tardius, quam par esset celebrent, ut an-
te hac factum est sæpius. Licet porro Ecclesia
Dei eniter, præsertim in foro et actionibus civili-
bus, pdicto anno reformato solis utatq, in festis
tñ mobilibus anno Lunari etiam reformato
utitq. Quandoquidem in Festo Paschatis celebran-
do, ac proinde etiam in religuis mobilibus
quæ ab ipso dependet, non tam cursum Solis,
quam Lunæ consideret, licet in rei veritate utrinq
respiciat.

Ævum est spatium mille annorum
Sæculum est spatium centum annorum
Ætas diversimodè, aliquando pro 7. aliquando p 10
annis sumitq. Et est spta Hominis et Mundi.
Ætas hujus est quadruplex Infantia, Juventus,
Ætas virilis, et Senectus. Ætas Mundi sexplex
1ma ab Adam usq ad Noe. 2da a Noe usq ad
Abraham. 3tia ab Abraham usq ad David,
4ta a David usq ad transmigrationem Juda
in Babiloniam, 5ta a Juda usq ad Adventum
Salvatoris. 6ta quæ nunc agitq et durabit,
donec Supremus omnium Arbiter Unigenitus Dei
Filius veniat judicare vivos et mortuos, 7ma ad-
di potest, quæ est æternitas, in qua Deus cum
Sanctis regnabit et cujus Regni non erit finis
Anni quatuor sunt præcipuæ partes, Ver, Ætas,
Autumnus, et Hyems, In Anno sunt Solsti-
tia duo, quæ contingunt in brevioribus et lon-

gioribus

gioribus diebus. Primus est hymale quod contingit circa festum Nativitatis Salvatoris nostri. Secundus est Astivale quod accidit circa Festum Nativitatis S. Joannis. Duo quoq; Aequinoctia. Primum circa 21 Martij Idem circa 21 Septembris, In Anno 12 Menses reperunt Eo ex ut

§ Secundus
De MENSE.

Mensis dicit a mensurando, eo quod Annus per Menses mensuratur & a Myris quod defectus, eo quod Luna singulis Mensibus visu deficit ab humano. & Item Siderum a Myry quod Luna latine, apud Graecos enim Menses legitimi, non ex Solis Circulo, sed ex Lunae Cursu connumerantur quod est de nona ad Nonam.

Definit autem Mensis, Est Spatium temporis quo a Phebo Phebe recedens, eidem completo suo Circulo Sociatur. Dividit autem Mensis Sicut et Annus in Solarem et Lunarem, et quoris eorum in Civilem et Astronomicum.

Mensis Solaris Civilis qui etiam Artificialis et usualis dicit. Est Spatium certorum dierum Calendarijs ac Ephemeridibus vulgaribus inscriptus, atq; uti Menses inaequales sunt, cum alij plures alij pauciores contineant dies, olim ab antiquis eis assignatos, uti videbimus.

Mensis Solaris Astronomicus seu Naturalis

est Spatium

Est Spatium temporis quo Sol unum Signum Zodiaci peragrat, idq facit Spatio 30 dierum et 13 fere horarum, Sol enim non conficit gradum integrum uno die, sed tantum 59 minut: & Secundi 19 tertiis 37 quart: 19 quint et 14 sext: Et quo sequitur cum 30 diebus naturalibus non absolvere 30 gradus integros, ac proinde non integrum Signum Zodiaci, cum quodlibet eorum 30 gradibus constet, sed reliqui fere 30 minuta graduum ad quo percurrenda requiritur fere 13 horae, atq hinc est, quod Annus non constet solum 360 diebus, quot gradibus constat totus Zodiacus, sed praeterea requiratur quinq dies cum sex fere horis. Verum quia vulgo parum pro nihilo reputatur, enim uni Mensi Solari 30 dies attribuunt, licet Astronomi in suis calculationibus exactius rem perpendant et computent. Quamois porro isti Menses Solares inaequales etiam sint inter se pter quadam minutias, quibus se mutuo excedunt, quia tam inaequalitas eorum est admodum exigua, et Sensu facile deprehendi non pt, propterea plerumq; et merito quod aequales esse dicuntur.

Mensis Lunaris Civilis seu Politicus qm etiam Artificialem et Usualem appellant, est Spatium ab una Lunatione ad Altera comprehensum tam dies integros, atq hi inaequales sunt quidequidem plerumq; alternatim 30 et

29 die

et 29 diebus compleant, licet aliquando duo etiam aequales se mutuo consequantur.

Mensis Lunaris Astronomicus seu Naturalis Est spatium conjunctione ad alterum precise comprehensum, computatis etiam horis et fragmentis earum. Atq' hi omnes aequales sunt, et complentur diebus 29 cum 12 fere horis. Praeter hanc divisionem Mensium Lunarium, quae praecipua est et maxime usitata, dat etiam alia, quae in tres species dividit solis in Mensem peragrationis, apparitionis et consecutionis.

Mensis Peragrationis Est spatium temporis, quo Luna totum decurrit Zodiacum, exiens ab uno Zodiaci puncto et ad idem rediens, idq' facit 27 diebus 7 horis 43 minut: 7 secund: 15 tert: 36 quart: et 13 quint: Atq' hic Mensis dicitur etiam periodicus. Porro cum vulgus paucas minutias non curet praeter 27 dies etiam 8 horas integras uni Mensi Peragrationis attribuit, ut sequens distichon docet.

Percurrit Cyclum urginti Luna diebus
Septeniq' suum, bis quatuor insuper horis

Ex dictis colligit diurnum Lunae motum esse 13 graduum 10 minut: 34 secund 58 tert: 33 quart: et 30 quint: et in quolibet 12 signorum Zodiaci peragrando consumit duos dies, sex horas, cum 36 minutis

Mensis Apparitionis

Mensis Apparitionis, est temporis spatium quo Luna a radys Solis egrediens, apparere incipit, donec iterum in eadem ingrediens occultetur. Hore enim combuste, quibus Solis Luna sub radys lunaribus moratur, non computantur, sic ut Mensis esse 28 diebus consistat, qui per quatuor hebdomadas dividi solet, in quibus Luna, tum in alys rebus praesertim, in liquidis, tum vero potissimum in mari diversos producit effectus, de quibus sequentes tradentur versus

Hebdomada prima collabit aequoris unda
Aestuat unda maris, tangm fervore secunda
Tertia cogit aquas minui velut igne reducti
Ultima furdit eas et aere tollore toto

Cum enim Luna meridianum tenet in austro, sive punctum oppositum in angusto terra, mare plenum est, cum vero in oriente et occidente tenet horizontem complete retractum est, sic Mensis non numero dierum, sed ratione differt a Mense Peragrationis, quodquidem licet totidem quidem, n' tn omnino idem dies illi attribuant, qui illi. Incipit fere secundo die post conjunctionem Luminarium, et desinit penultimo, hoc est pridie ejus diei, quo fit conjunctio seu novilunium, tunc enim fere a radys Solis emergit, atq' adeo apparere incipit et observari, licet

plus

plures ob causas modo citius apparere et delitescere Luna potest. Nam si Luna velox cursu fuerit, citius apparet et delitescit, quam si tarda; Item citius in palitudine Septentrionali, quam Australi; etiam citius in climatibus magis Septentrionalibus, quando conjunctio ejus cum Sole fit intercalaris, Sexaginta novem et Septuaginta. Verumq̃ tn ut supra dictum est secundo die Mensis consecutionis est spatium quo Luna à Sole digredient eandem assequit, seu spatium inter duo novilunia, qd continet 29 dies cum 12 fere horis ut supra de Mente Lunae dictum est. Cum enim Luna totum Zodiacum percurrat 27 diebus 7 horis, 43 minut: 7 secund: Sol dicto tempore in Zodiaco percurrit fere 27 gradus, quos Luna duobus quasi diebus paragrat, necesse est, ut predictum tempus consumat, donec rursus solem assequatur, ac sub ipso collocet. Hic Mensis Latinis dicitur assecutionis, seu consecutionis, quem plerique Mensem Synodicum appellant, cum dividunt in quatuor quartas seu etates, quarum primam dicunt esse calidam et humidam, secundam calidam et siccam, tertia frigidam et siccam, quartam frigidam et humidam, ac proinde prima similem aeri, secundam igni, tertiam terra, quarta aqui; et hoc triplici genere Mensium Lunarium, primus Mathematicis est relictum, secundum et tertius etiam in mensibus civilibus locum habuerunt. Secundum quidem apud Judaeos, Samaritanos, Chaldaeos, Damascenos, et Agarenos. Tertium apud Athenienses, illi enim Noomenias suas computabant à die apparitionis, hi autem à die conjunctionis.

Hic vero observandum est hunc Lunationem parium dierum tribui Mensibus imparibus et contra, scilicet imparium ~~et~~ numero a primo distantibus, unde est versus

Impar Luna pari, par fit in impare Mense
Quare primus tertius, quintus et ceteri numero impari, a primo disponantes habent dies 30, secundus autem, Atque octavus, et ceteri, qui a pari numero secundum ordinem cognominant habent 29. Hae tamen Regula est vera in anno one, in anno bisexto autem, non servat in Februario propter diem qui illi additur. Quare eo anno Februarij Lunatio erit dierum 30, qmvis alioquin ille Mensis sit in numero parium. Ado Lunationem dici ac hri illius Mensis in quo tnat juxta illud.

In quo completur Mensi Lunatio detur. Quod si duae Lunationes finirent in eodem Mense altera videlicet primo die, altera ultimo, tunc altera illam irregularis erit, et mediante Embolismo continget. Ergo quoties Lunae Martij incipit ante locum bisexti, et si Annus bisexti, tunc

tunc ubi deberet esse prima Lunae Martij, ibi fore,
ac dicendam esse 30 Lunam Februarij, ubi vero est
secunda Luna Martij, ibi incipere 1ma Martij.
Alioquin Lunae Martij esset 31 dierum quod est
absurdum.
Menses Romuli primo a Romulo tem 10 instituti
fuere, ut supra diximus, sed quia Annum 12 com-
plebant postea a Numa Pompilio, duo alij adje-
cti fuere, ut universim essent 12, qui in hodiernum
usq diem a plerisq nationibus usurpantur.
Eorum aliqui sua nomina sortiti sunt ab ijs, qui-
bus primo dicati fuerunt, alij a conditione Om-
ni alij denique ab ordine.
Januarius fuit a Jano bicipite, eo quod duplic-
em respectum habeat, unum ad Annum praeteri-
tum, quem terminavit, alium ad futurum, qm
inchoavit, et a Janua, eo quod per ipsum
tanqm per januam in novum annum ingressus.
Februarius a Februa dea cui illo Mense Sa-
crificabat et a Februis hoc est purgationibus
hoc est Sacrificiis quod hoc Mense fiebant
pro defunctis, huic Februa idest Plutoni.
Martius a Marte Romuli Patre, et qē eo Men-
se omnia animantia agant ad mare; Vocat etiam
Mensis novos, quia incipiebat octavus anni initium.
Aprilis ab aperiendo, eo quod tunc terra a-
periat et flores appareant, et dicit Aprilis, quasi
Aprilis quod est Spuma Maris, de qua Venus

nata

nata fingit quia fuit principium generationis Romu-
li ex parte Matris suae.
Maius a Majoribus hoc est Senatoribus qui ad Reipub
gubernacula sedebant, et a Maia Mercurij Matre.
Junius a Juniorib, qui ad bellum proficiscebantur,
nam Majores vocabant Senions, et Patres qui semper
in Civitate remanebant Urbis regimini Intendebat.
Julius dicit a Julio Caesare, quia tunc natus fuit,
et quia tunc de hostibus triumphavit, nam vicit
Cleopatram Reginam Egypti, cum Antonio Triostio
bello navali. Julius prius Quintilis appellabat,
eo quod quintus a Martio fuerit.
Augustus dictus ab Octavio Augusto, quia
tam et natus fuerit, et hostes superavit. prius
Sextilis vocabat idest sextus a Martio.
September dicit quia est Septimus a Martio
October quia Octavus, November quia nonus,
December dicit quia est decimus a Martio.
Quot autem quisq Mensium eorum dies habeat, his
versibus cognoscitur.
Junius Aprilis Septemq Novemq tricenos
Adde unum reliquis viginti Februarij octo
Cui si bisseptus fuerit, superaddit unus
Et tunc bisseptus Martii Antiriore Calendas.
Causa inaequalitatis Mensium est ista. Principio
cuilibet Mensi 30 dies attributi fuere, ut in
universum essent 360, quot scilicet sunt gradus
in Zodiaco. Quia vero Sol non quolibet die

gradum

gradum integrum absolute, et insuper propter motus augmi ñ nihil impedit, propterea dies adhuc ging desiderabant. Unus ergo fuit additus Januario, alius Martio, tertius Mayo, Quartus Julio, 5tus Octobri; Ceterum Octavianus Augustus volens mensem suum aequalem esse Mensi July Cesaris, abstulit a Februario diem unum, quia erat Mensis luctus et tristitiæ, et adjunxit illum suo Mensi. Denique Astrologi Romani, abstulerunt alium diem Februario, et attribuerunt illum Decembri, sicq; factum est, ut Februario ter 28 dies remanserint, cui tm in compensationem quarto quoq; Anno dies unus restituendus est, qui tum solet intercalari.

Alia nationes, ut Judei, Chaldæi Græci Armeni, Persæ, Armeni, Machumetani. Coptici et Alia Nomina Mensium habuerunt, et plerq; 13 Mensibus utebant, cum enim plerq; Mensibus Lunaribus uterent, quorum 12 Anni non complebant integrum, decimum tertium Embolismum faciendo Anno Cavo, reliquis adjecerunt, qui ex diebus Solis superfluis consurgebat, et varis Annis ac temporibus Anni intercalabat. Hos omnes Menses aliq proprijs nominibus notabant omnes supra nominati, aliq tm ab Ordine eos appellabant, ut Siri, Japonenses, Indi et nonnulli alij in quibus etiam erat Judæi ante exitum Babilonicum. Nam ut quisq;

à primo

à primo novilunio Anni primus erat 4 secundus aut tertius usq; ad 12mum quod 13tum, ita etiam à numero 4mi Dni 4 tertium Nominarunt. Post reditum autem et Babilonia proprijs eos nominibus designarunt, quæ fuerant. Nisan, qui sive Jar, Sivan, Tamuz, Ab, Elul, Ethanim sive Tisri, Bel sive Mareschuan, Casleu, Thebet, Sebat, et dagriorae posteriori, qui respondebant Martio, Aprili Mayo et reliquis ordine sequentibus, Ex his autem dies 30, aliq 29 habuerunt, alternatim, unde illi pleni, Hicavi vocati sunt, Priores appellationis a numero deducta testimonio est Caput 40 Exodi. ubi sic legitur Mense 1mo 14 die Mensis, ad vesperam Phase Dni est et Num: 9. Faciat Phase Dno in Mense Secundo quartodecimo die Mensis ad vesperam et par alijs. 28 Primo burmed in 1mo Mense Jesbear præerat. De Nominibus alijs postea editis Mensibus, docet quintum tertij Esdræ ubi sic habet in Secundo Anno Regis ipsi Mense Nisan primo et pluralia alibi.

Romanorum	Persarum	Arabum.	Hebreorum	Babilonorum
Januarius	Formidecti	Almuharal	Tisrim 1.	Tisri
Februarius	Ardaimech	Saphar	Tisrim 2	Marchesu
Martius	Cordaimech	Rebe 1	Nomir 3.	Cisleu

Romanorum	Persarum	Arabum	Hebreorum	Babylonior.
Januarius	Formedach	Almuharam	Tisrim	Tisri
Februarius	Ardaimech	Saphar	Hesvan	Marchesvan
Martius	Cardaimech	Rabbe 1.	Kemir 1.	Chisleu
Aprilis	Zimech	Rabe 2	Kemir 2	Tebet
Majus	Mardar	Gemedi 1.	Sebath	Sebat
Junius	Sarembemech	Gemedi 2	Adar	Adar
Quintilis	Maharamech	Rage	Nisan	Nisan
Sextilis	Abenmech	Sahaben	Ydar	Ydar 1. Ydar 2.
September	Sdramech	Ramadan	Sciram	Sivan
October	Dimech	Sawel	Tamuz	Tamuz
November	Behimemech	Dulchida	Abh	Ab
December	Arsidamech	Dulchega	Elul	Elul

Sunt Nomina Mensium Variar Nationum

A Romanis Menses dividebant in dies Triplicis generis Calendas, Nonas et Idus.

Calendae sic dictae a Graeco Καλειν id est significo seu voco quia quilibet una die cujuslibet mensis unus ex Pontificibus peracto sacrificio populum convocabat in Capitolium ut significaret ipsis qui dies inter Calendas et Nonas numerarent si nondum recensebant 5 dies quinquatrus Kalendis Clamabat si septem septies idem verbum repetebat ut hac voce ait Servantur populares in agris degentes admonerentur quarta die ab illa in Urbem confluerede

berent accepturi ab Imperatore tum Festorum tum non festorum causas, tum etiam quid faciendum foret per Mensem.

Calendis Ordes non sunt usi, unde Augustus de ijs qui nunquam solutum erant dicebant, quod solutum erant ordes Calendis.

Nonae Iduum Idus Kidorum a Nundinis derivant et ex alijs a Nomine adjectivo nonus eo quod novem dies sint semper inter nonas et Idus.

Idus ab appellatione deducit ab iduando, quod significabat dividere. Nonae continguntur 5 die mensis, et Idus istae. Excepte tamen hos 4 menses Martium Majum Julium et Octobrem. In quibus Nonae continguntur 7 die. Idus vero 13ta, pro quibus cognoscendis memoria retinebis hos versiculos

Principium Mensis cujusque vocate Calendas
Majus Sex Nonas October Julius et Mars
Quatuor et reliqua dabit Idus quibus octo
Post quas quot restat luces numerate Calendas.

Sic autem numerant una dies mensis 1a ipsa Calendae 2do dies posito Quod sex sint nonae 6ta nonas Mensis N. 3tia dies 5to Nonas N. deinde 4to Nonas ac 3tio Nonas tum pridie Nonas ac tandem ipsis Nonis Postea incipit ab extrema die Idus vg 3 postea 2 deinde 6ta Idus et loco 2do dies pridie Idus. Tandem id ipsis postea incipit ab ultima die Calendarum vg usque postea descendit ad primam istam et usq dum

venio ad 2da loco quis dicis pridie kalendis
ac tendem quis Calendis
Mensis quatuor in se continet septimanas
et interdum aliquod dies supera unde dic.

3tius
De Septimana

Septimana quasi septem mane quod etiam hebdomadas dicit est circulus & spatium dierum septem a septe in planetis Nomen habentium & a variis diis quos Romani colebant, ita ut quisq; dies ab eo denominaretur qui sua diei hora dominari putabat. Hinc sua dies a sole nempe dies solis dicebat eo quod sol sua hora ejus dies principatu tenuit 2da vero dies a luna Lund dicit eo quod luna sua hora ejus dies dominaretur, simili de causa tertia dies vocabat dies Martis qd dies Mercurij, 4tus Jovis 6tus dies Veneris 7mus dies Saturni, si vero dies vata hebdomada dies ducens a planetis tunc sua dies dicit dies solis quia sicut sol est caput siderum ita sua dies matrum et septimanae. 2da dies et bona quia hac sola prodiuna ac cateris nobilior quasi solem. Et sic de reliquis hel tamen dies non sunt ordinati ab ordine planetarum qui diversus est, sed ab ordine regnorum ut Ante dixi. Porro planetarum Zeltra septem non excedit sed ad sua revertit ita et septimana.
Sudda quos dies a sabbatho cognominaverunt, dicebant enim sua & uno die sabbathi, 2do & altero die sabbathi, 3tio die

sabbathi etc. Et hinc Marc. 16 de resurrectione Xti d. Et valde mane una sabbathorum et mox surgens mane sua sabbathi; et S. Mathdeus vespere sabbathi qd lucescit in sua sabbathi idem vespere ejus diei lux succedit sua septimanae, sive vespere precedente suum diem septimanae; et act 20 Una sabbathi cum convenissemus ad frangendum panem. Et autem sua sabbathi seu Una sabbathi, quam Nos Xtiani dominicam vocamus quam testa S. Hieron. intellexit etiam S. Paulus cum in 2 Cor 16 prudeipito per Unam autem sabbathi Unus qq Vestrum apud se ponat septimus autem diem septimanae sine adjectione absolute appellarunt hoc est requiem qd eo die post opus sex dierum Deus quievisset totam etiam septimanam quoq Nomine sabbathi significant hinc Pharisei apud S. Lucam jejuno bis in sabbatho. Diem vero septimanae sua 2da 3tia etc. Vocant sua sabbathi, 2da sabbathi idem septimanae etc. — Christiani Authority Sylvestro summo Pontifice et Constantino Imperatore diei septimanae a Numero, cum adjectione feriae cognominandos esse decreverunt, ut quemadmodum a gentilibus et Judaeis agunt religione ita in diebus apellatione, et praeterea ut significarent hominem Christiano eum debere a reliquis profanis feriari, semperq vacare cultui divino quasi perpetuas feriae haberet. Unam tamen feriae absolute die Domi

nicam appellarunt propter Dominica a
mortuis resurrectionem quod eo die facta
est. Ita autem quod est Dies Lunæ, Martis, Mercurii, Jovis, Veneris, Saturni, Solis, Diem Martis Feria Tertia et sic de ceteris suis ordine.

Nomen autem Sabbathi retinuerunt propterea quod quemadmodum Deus olim sabbatis diebus Creatis omnibus requievit ab omni opere quod patraverat ita etiam Ipse Dominus Salvator Noster requieverat in sepulchro finito omni opere redemptionis Nostræ.

S. Ipse

D. C. D. I. C.

Dies dicta est a Diis quorum Nomina Romani quibusdam sideribus sacraverunt, et a duo Nomen accipit quia duo continet lucem scilicet et tenebras. Eo est Duplex Naturalis et Artificialis

Dies Naturalis quæ in Astronomicis dicitur est spatium temporis quo Sol motu Primi Mobilis revolvitur ab uno puncto fixo ad idem punctum. Vel fit revolutio Æquinoctialis circa terram cum ea parte, quanti illa parti Zodiaci quam interim Sol pertransit pro proprio motu ab accidente in Orientem, contra motum primi Mobilis donec ad idem punctum a quo recessit revertatur. Ita Dies nostrum Diurnus et Diurnus

Artificialis

Artificialem comprehendunt Sed ex illud Genesis. Factum est vespere et mane dies unus. Et Illud S. Ambrosii quod ab Ecclesia usurpatur; qui mane junctum vesperi diem vocare præcepit; Completurque spatio 24 horarum.

Ita Dies etsi non nullus inter se discrepent sunt tamen Æquales loquendo inæquales, tam in sphæra recta quam in obliqua.

In sphæra quidem recta, ubi scilicet uterque polus est in horizonte propter obliquitatem Zodiaci et propter excentricitatem deferentis Corpus Solare. In sphæra autem obliqua cum scilicet alter polus sup horizontem elevatur alter infra eum demergitur tum propter has Causas dictas tum etiam propter obliquitatem horizontis. Nam propter omnes istas Causas in æquales partes æquatoris addi debent ad totam Conversionem ejus variis diebus eo quod ascensiones arcuum Zodiaci quibus additamentum æquatoris respondere debet, semper sint inæquales. Verum quia res ita se habeat dicuntur isti Naales quæ loquendo sint inæquales non sunt in diversis locis, verum in uno et eadem qua tamen ea differentia parva est, et sensu deprehendi non potest, plerique vulgo æquales habent et spatio 24 horarum definiuntur.

Dies Artificialis quæ in Civilis politicis et usualis dicitur est spatium temporis quo Sol sup

horizontem Comoratur. Sicq dies in tmis
diversis locis vera etiam in eodem nota
bitur Crescunt et decrescunt pro vario accessu et recessu solis, et varia Soli elevatione
Omni tamen die quantuvis longa sit aut
brevis, sex signa Zodiaci oriuntur, ac tandem
etiam omni nocte, et sex alia infra horizontem demergunt in gravis elevatione Soli
quod est infra 66½ gradus. Diem Naturalem
Veteres in 4 vigiliis dividebant, Quarum
prima erat a vespere 2da a media nocte
3tia a mane 4ta a Meridie. Diem autem
Civilem in 3 partes, mane, meridiem, et
vesperam.
Mane Est Matura et plena lux nec jam
crepusculum seu illud tempus quod post ortum Solis durat ad meridiem.
Meridies quasi mera dies, et media dies,
mera qa merior lux non est luce meridiana. Media quia tot horas lucebit usq
ad occasum qd licet suprema
Vespera et Ultima pars Diei ante occasum solis, et etiam Sero qa illo tempore
serae portae claudunturs
Alij deinde horis utrumq diem dividebant
alij actionibus alij aliter
Nox Est privatio lucis ab umbra terrae causata, seu mora solis infra horizontem. Et Crescit decrescitq ut Dies tam
in eadem quam in diversa Soli elevatione propter easdem Causas propter

quas

quas dies, cui tempus in opposito signo et Anni tempore aequalis est. Qus septem st partes scilicet Vesper, Crepusculum, Conticinium, Intempestivum, Gallicinium, Matutinum, et Diluculum seu aurora.
Vesper Est ab occidentali stella vesper dicta, quod imediate praecedit tenebras; tenebrae quasi tenentes umbram et definit. Est ea pars quae proxime post solis occasum contigit in qua adhuc lucendum est.
Crepusculum quasi Crepera lux. Et ea pars temporis in qua est Crepera hoc e dubia dux
Conticinium sive Concubitum, aut Concubia nox, quando omnia silent
Intempestivum Est medium Noctis tempus sic dictum quia importunum ad agendum
Gallicinium sic dictum propter Gallos lucis praenuncios, est illud tempus post mediam noctem quo Galli Canere incipiunt.
Matutinum seu Crepusculum Est tempus inter abscessum tenebrarum et aurorae accessum.
Diluculum quasi dies luculus, seu lux parva, Est aurora cum dies clarescere incipit, usq ad ortum solis, Euddis et plures ex veteribus tota nocte in 4 vigiliis distribuerunt, quarum quilibet 3 horas planetarum durabat, ita ut ama inciperet a solis occasu 2da a 4ta Noctis, 3tia a septima 4ta a sema. Hinc Xstus Dominus hic 12 Et si venerit in 2da Vigilia Et si in 3tia Vigilia venerit, et ita invenerit Beati st servi illi etc

Est dies tam Naalis qm Artificialis alio etiam modo qm diuinq dividi. Naalis qdem Idem Medicos in 4 quadras distinguit quar 1ma est ab hora Nona usq ad 3tia diei Calida et humida in qua Sangvis movet. 2da a 3tia diei artificialis usq ad Nona ejusdem Calida et sicca in qua holera eventilat. 3tia a Nona diei artificialis usq ad 3tia Noctis frigida et sicca in qua melancholia multiplicatur. 4ta a 3tia hora Noctis usq ad Nonam ejusdem frigida et humida in qua phlegma fluctuat quod omnia sequentibus versibus significabuntur

Tres Lucis primas Noctis tres sangvinis unas
Vis Cholerd medias lucis sex vindicat horas
Datq melan imas Noctis tres lucis et imas
Centralis ponas sex Noctis phlegmatis horas

Intelliguntq autem hi horae planetarum quadrae sex cuilibet quadrae attribuunt, ut perinde sint ejusmodi quadrae, seu quadruplices diei partes, inter se inaequales, sicut et ipsae horae quibus definiuntur.

Anni Partes	Ver	Aestas	Autumnus	Hyems
Qualitates	Calidum et humidum	Calidum et Siccum	Frigidum et humidum	Siccum et Frigidum
Mundi Regiones	Oriens	Meridies	Occidens	Septentrio
Elementa	Ignis	Aer	Terra	Aqua
Humores	Sangvis	Cholera	Melancholia	Phlegma
Aetates	Juventus	Adolescentia	Virilis aetas	Senectus
Venti Cardinales	Subsolanus	Auster	Boreas	Cyrceus
Signa Zodiaci	♈ ♉ ♊	♋ ♌ ♍	♎ ♏ ♐	♑ ♒ ♓

Dies Artificiales similiter in 4 quadras ab authoribus dividunt Quar 1ma et Lubens. 2da Splendens. 3tia Urens, 4ta Legens hinc Sol 4 Equos habere fingit quos Nomina sunt Eous, Lampas, Pyroeis et Phaleon.

Solis Equi lucis dicuntur quatuor horae

Hae rubet hae splendet hae calet illa legit.

Dies Naalis idem varias Naones et hinc studia varia sortit initia. Astronomi diem incipiunt a meridie quos Arabes, Umbri, Egypti, Alexandrini sequunt. Babylonii cum religiosi Chaldaei ab ortu solis eum inchoabant, quos etiam nunc sequitur ex Germania Norimbergenses et quam alii. Graeci ut Athenienses et aliqui Egypti cum plerisq Italis et Bohemis, ab occasu solis. Hipparchus olim et alii quam alii a media nocte. Aliqui numerant horas diei artificialis ab ortu, et horas noctis ab occasu, ut olim Judaei, Germani, Galli, Hispani, Angli, Polo

ni, et plerq alia Nationes tam novi quam antiqui Orbis numerant 12 horas a meridie usq ad mediam noctem, et totidem alias a media nocte usq ad Meridiem. Atq etiam Mathematici sequunt in Instrumentis ac Geographi non autem Astronomi in supputandis tabulis neq Astrologi in divinationibus. Ecclesia Dei quo ad varia varios segr. Quod ad Celebrationem Divinor officior attinet, incipit diem vespertino tempore. Quo ad Ordinem Carnis et jejunium a media Nocte Quo ad Annivsrly et festorum observaone Civilem et Contractus ab ortu Solis. Generatim tamen loqndo dici pt jam diem naatem incipere a media Nocte propter Dominica Incarnationem Nativitte ac Resurrectionem eo qd tunc Lux mundi ac Sol Justitiæ qui est Xstus Dnus qui dt lux, venerit in Mundum ac Sol justitiæ ut idem apellat, tunc sit exortus. Sicut Convenitur ut recte qdem dici solet olim a Condito Orbe diem precesisse noctem revera enim ab initio prius fuit dies quam Nox. Nunc autem post Xsti resurrectionem Noctem procedere diem eo qd status gratiæ in Media nocte cum Xsti adventu incepserit. Potest tamen hoc dictum etiam spiritualiter intelligi. Qui enim ante Xsti adventum et Resurrectionem ex luce et veritte descendebant ad tenebrosam terram et opertam Mortis caligine hoc est ad limbum. Nunc vero ex tenebris et adversitate hujus mundi et lachrymarum valle et corpore Mortis hujus ad gaudia lucis perpetuæ.

Dies Ægyptiaci Quolibet Mense duo ponunt qui putant ei infausti hominibus de infelicis ita ut malum sit incipere aliqd opus illis diebus, et si quis in eis egrotet vix evadat. Hi dies simum ab astrologis Ægyptiacis (a quibus cognominant) dcykenoe sunt et in vulgus publicati; verum ut plerq alia eodem inventa, ita etiam hoc plenum est vanitis et erroris pugnans cum veritte tum experientia, autem Divinis et hmis sanctionibus qd facile probari posset si locus admitteret. Subjungemus nihilominus et ipsas plagas Ægypti et modos quo computiste dies infastos singulorum Mensium invenendos docent, idq potius rideni gratiam observandi et cavendi dies illos Plagd ergo qbus Dns Deus percussit Ægyptios sequentibus versibus Continentur.

Sanguis, Vana, Culex, Musca, Morien, pecq ulcus.
Grando Locusta nox, Mors, prig orta necans

Dies autem Ægyptiacos sequentes versus ostendunt

Augurebi: Bestes, audito, lumine, clangor.
Ligvit Olens, Abies, Coluit, Luit, excute, Fallum.

In quibus Versibus 12 sunt dictiones singulis mensibus Anni p ordinem servientes, dueto initio a Januario cui ima dictio scilicet Augurior respondet, qvlibet ante dictio sicat illum diem sui mensis, a qvota litera Alphabeti ipsa incipit. ut qa augurior incipit a ima litera Alphabeti simum diem Januarij denotat, In 2do die cujuslibet mensis, non omnes conveniunt. Aliqui colligunt illum ex ima litera 2de

syllabæ prædictarum dictionum numerando lot dies a fine Mensis versus principium quotum in ordine Alphabeti locum tenet. Alij aliunde colligunt, et in hac subjecta Tabula sic collocant, ut unus et 3tius numerus significent dies Mensis, 2dus autem et 4tus horas illarum dierum.

Menses	D	H	D	H	Menses.	D	H	D	H
Januarius	1	11	25	6	Julius	18	11	22	11
Februarij	4	8	20	10	August.	1	1	31	7
Martius.	1	4	20	2	Septembr.	3	3	21	4
Aprilis.	10	20	20	11	Octobr.	3	8	22	9
Majus..	3	6	25	10	Novembr.	5	8	28	3
Junius	10	6	16	4	Decembr.	7	1	22	6

Varij dies varias ob causas varias sunt apellationes quas hic ordine non tam Naturali quam arbitrario subjungemus alij ergo dies dicuntur et sunt.

Solstitiales quodo scilicet Sol non amplius ascendendo vel descendendo progreditur. id quod fit cum est in principio ♋ Cubi solstitium dicitur et in principio ♑ ubi est solstitium hyemale, quod illud contingit 22 Junij hoc 22 decembris.

Æquinoctiales quos efficit Sol cum versatur in principio ♈ et ♎ videlicet 21 Martij et 24 Septembris.

Caniculares sunt illi dies in quibus Sol cum canicula ardori et radijs suis cam obscurat.

Intercalares qui quarto quoque Anno post sextum Calendas Martij intercalari seu calendario interserentur.

Fasti Dies ~~in~~ quibus ~~olim apud~~ Roma nos ~~ius~~ nos jura statuebant hoc è in quibus Prætori tria verba fari licebat Do. dico. addico. quibus verbis jura dicebant.

Nefasti Dies in quibus non licebat fari hinc Ovid. 1. Fast.

Ille nefastus erit per quem tria verba silent.

Fastus erit per quem lege licebit agi.

Fasti autem libri dicuntur, qui totius Anni rationem et Numerum continent, qui et Ephemerides et Candelaria vulgo dicuntur.

Festi dies sunt qui sacrificijs cultui Divino dedicant olim sicut etiamnum quidem illi dies Festi dicebant, qui Ludorum aut Ludorum gratia instituti erant.

Profesti dies qui nec sacrificiorum causa nec ludorum nec Ludorum gratia sunt instituti, sed potius Laboribus negotiorumque Conficiendorum ergo.

